

**INDEX DECRETORUM
INTER MENSES SEPTEMBREM ET DECEMBREM A.D. MMXXIV
PROMULGATORUM**

2 septembris, Prot. N. 186/24, VIRIDIMONTANENSIS-GORZOVENSIS: Sanctus Hubertus, episcopus, Patronus apud Deum communis v.d. *Žary* confirmatur.

2 septembris, Prot. N. 224/24, POLONIÆ: perlibenter concedimus ut celebratio sancti Stanislai Papczyński, presbyteri, in Calendarium proprium diœcesium Poloniæ die 18 mensis maii inseri valeat, gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

2 septembris, Prot. N. 371/24, PLOCENSIS: Sanctus Norbertus, episcopus, Patronus apud Deum communis v.d. *Łąck* confirmatur.

3 septembris, Prot. N. 685/22, SANCTÆ ROSÆ IN CALIFORNIA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis in cælum assumptæ dicata, in oppido v.d. *Ferndale*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Fortuna*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Crescent City*, perlibenter concedimus.

3 septembris, Prot. N. 145/23, VANCUVERIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Ss. Ioachim et Annæ, parentum beatæ Mariæ Virginis, dicata, in oppido v.d. *Aldergrove*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Iacobi, apostoli, dicata, in oppido v.d. *Abbotsford*, perlibenter concedimus.

3 septembris, Prot. N. 128/24, APUCARANENSIS: Calendarium proprium eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

3 septembris, Prot. N. 164/24, PITTSBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Titi dicata, in oppido v.d. *Aliquippa*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 187/24, SANCTI CLODOALDI: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in oppido v.d. *Flensburg*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Waite Park*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 216/24, HELSINKIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe Helsinkiensi, perlibenter concedimus.

3 septembris, Prot. N. 287/24, SASKATOONENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in urbe Saskatoonensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 310/24, MAGNOCATARACTENSIS – BILLINGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Corporis Christi dicata, in urbe Magnocataractensi; in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Livingston*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Antonii de Padova, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, dicata, in oppido v.d. *Laurel*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 352/24, FARGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Stanislai dicata, in oppido v.d. *Warsaw*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 409/24, MEMPHITANÆ IN TENNESIA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Teresiæ a Iesu, virginis et Ecclesiæ doctoris, dicata, in urbe Memphitana, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 412/24, VINNIPEGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Annæ dicata, in urbe Vinnipegensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 415/24, SIEDLECENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Transfigurationis Domini dicata, in oppido v.d. *Garwolin*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 416/24, SALFORDENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ceaddæ dicata, in urbe Mancunio, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 421/24, LINCIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Leonardi dicata, in oppido v.d. *Nußbach*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 septembris, Prot. N. 434/24, CHRISTOPOLITANÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii dicata, in oppido v.d. *Kaiapoi*, perlibenter concedimus.

5 septembris, Prot. N. 404/23, FLAVIOBRIGENSIS: textum Proprii Missarum lingua *hispanica* et *vasconica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

5 septembris, Prot. N. 68/24, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM: Calendarium proprium eiusdem Ordinis perlibenter recognitum declaramus.

10 septembris, Prot. N. 405/21, CONGREGATIONIS SORORUM V.D. «SŒURS DE LA PRÉSENTATION DE MARIE DE BOURG-SAINT-ANDÉOL»: Beata Maria Virgo a Præsentatione Patrona apud Deum eiusdem Congregationis confirmatur.

11 septembris, Prot. N. 310/22, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* partis Pontificalis Romani cui titulus est *De Institutione Catechistarum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

11 septembris, Prot. N. 432/24, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria* beatæ Mariæ Virginis Ecclesiæ Matris et de *memoria ad libitum* sancti Pauli VI, papæ, perlibenter confirmamus.

12 septembris, Prot. N. 75/24, KITEGAENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Mugera*, Deo in honorem sancti Antonii de Padova dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

12 septembris, Prot. N. 236/24, CONGREGATIONIS MONASTICÆ SANCTÆ HILDEGARDIS: Sancta Hildegardis Bingensis, virgo et Ecclesiæ doctor, Patrona apud Deum eiusdem Congregationis confirmatur.

12 septembris, Prot. N. 467/24, MARQUETTENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Christophori dicata, in oppido Marquettensi, perlibenter concedimus.

13 septembris, Prot. N. 433/24, CORVOPOLITANÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii dicata, in oppido v.d. *Albury*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Spiritus Sancti dicata, in oppido v.d. *Lavington*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *The Rock*, perlibenter concedimus.

14 septembris, Prot. N. 390/21, CONGREGATIONIS SORORUM APOSTOLATIS CATHOLICI V.D. «PALLOTTINE»: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

14 septembris, Prot. N. 395/24, ORDINARIATUS MILITARIS ITALIÆ: Calendarium proprium eiusdem Ordinariatus perlibenter recognitum declaramus.

16 septembris, Prot. N. 28/24, ORDINIS SANCTI BENEDICTI – ABBATIÆ SANCTISSIMI SALVATORIS LEGERENSIS: textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *hispanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

16 septembris, Prot. N. 144/24, PAMPILONENSIS ET TUDELENSIS: textum Proprii Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *hispanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

17 septembris, Prot. N. 443/24, FAMILIÆ SPIRITUALIS «OPUS»: textum translationis in linguam *nederlandicam* Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum perlibenter confirmamus.

19 septembris, Prot. N. 652/23, DETROITENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

30 septembris, Prot. N. 276/21, CRUCIS ANIMARUM: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Santo Amaro*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis a Purificatione dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

30 septembris, Prot. N. 104/24, VALENTINÆ: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Lliria*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

30 septembris, Prot. N. 180/24, COLUMBIÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* Lectionarii pro Missis de Sanctis, ad usum diœcesium Columbiae, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

30 septembris, Prot. N. 431/24, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria* sanctorum Marthæ, Mariæ et Lazari et de *memoriis ad libitum* sancti Gregorii Narecensis, abbatis et Ecclesiæ doctoris, sancti Ioannis De Avila, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, et sanctæ Hildegardis Bingensis, virginis et Ecclesiæ doctoris, perlibenter confirmamus.

2 octobris, Prot. N. 80/24, VENETIARUM: Calendarium proprium eiusdem Patriarchatus perlibenter recognitum declaramus.

2 octobris, Prot. N. 458/24, VICHITENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in urbe Vichitensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

3 octobris, Prot. N. 508/24, UCRAINÆ LATINORUM: textum translationis in linguam *ucrainam* trium formulariorum Missæ, quæ perdurante anno iubilari, a die 24 mensis decembris 2024 ad diem 6 mensis ianuarii 2026, adhiberi possunt, perlibenter confirmamus.

7 octobris, Prot. N. 204/23, MOZAMBICI: Calendarium proprium Mozambici perlibenter recognitum declaramus.

7 octobris, Prot. N. 674/23, NOVÆ SEGOBLÆ: ecclesia parœcialis in oppido Sancta Maria, Deo in honorem Assumptionis beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

7 octobris, Prot. N. 387/24, QUERETARENSIS: sanctuarium in urbe v.d. *El Pueblito*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis v.d. *del Pueblito* dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

8 octobris, Prot. N. 514/24, NEDERLANDIÆ: textum translationis in linguam *nederlandicam* trium formulariorum Missæ, quæ perdurante anno iubilari, a die 24 mensis decembris 2024 ad diem 6 mensis ianuarii 2026, adhiberi possunt, perlibenter confirmamus.

10 octobris, Prot. N. 75/22, CONGREGATIONIS SORORUM SANCTI FELICIS DE CANTALICIO: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

11 octobris, Prot. N. 21/23, CROATIÆ: Sanctus Leopoldus Mandić, presbyter, Patronus apud Deum ægrotorum tumoralis morbo affectorum Croatiae confirmatur.

11 octobris, Prot. N. 414/23, ITALIÆ: textum translationis in linguam *italicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria* sanctorum Marthæ, Mariæ et Lazari, die 29 iulii, et de *memoriis ad libitum* sancti Gregorii Narencensis, abbatis et Ecclesiæ doctoris, die 27 februarii; sancti Ioannis De Avila, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, die 10 maii; sanctæ Hildegardis Bingensis, virginis et Ecclesiæ doctoris, die 17 septembris, et sanctæ Faustine Kowalska, virginis, die 5 octobris, perlibenter confirmamus.

11 octobris, Prot. N. 296/24, DERTHONENSIS: Sanctus Aloisius Orione, presbyter, Patronus secundarius apud Deum oppidi v.d. *Pontecurone* confirmatur.

11 octobris, Prot. N. 473/24, ARGENTINÆ: Sancta Maria Antonia a Sancto Ioseph de Paz y Figueroa Patrona apud Deum Missionum in Argentina confirmatur.

15 octobris, Prot. N. 109/22, RAVENNATENSIS – CERVIENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiececesis necnon textum Proprii Missarum lingua *italica* exaratum perlibenter recognitos declaramus.

15 octobris, Prot. N. 62/24, ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: perlibenter concedimus ut celebratio beatæ Annæ a Iesu Lobera Torres, virginis, in Calendarium proprium eiusdem Ordinis inseri valeat, die 25 mensis novembris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem beatæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *anglicam, gallicam, hispanicam* et *italicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

15 octobris, Prot. N. 512/24, DULUTHENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Benedicti dicata, in urbe Duluthensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

15 octobris, Prot. N. 525/24, IMUSENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Fatima, quod in ecclesia parœciali necnon sanctuario diœcesano eundem titulo ferente pie colitur, in oppido v.d. *Binakayan-Kavit*, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

16 octobris, Prot. N. 539/24, OLINDENSIS ET RECIFENSIS: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

21 octobris, Prot. N. 530/24, SLOVACHLÆ: textum translationis in linguam *slovacham* trium formulariorum Missæ, quæ perdurante anno iubilari, a die 24 mensis decembris 2024 ad diem 6 mensis ianuarii 2026, adhiberi possunt, perlibenter confirmamus.

22 octobris, Prot. N. 339/24, CONGREGATIONIS SORORUM SANCTI FELICIS DE CANTALICIO: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

24 octobris, Prot. N. 515/21, CIVITATIS CASTELLI: textum Proprii Liturgiæ Horarum in honorem sanctæ Margaritæ de Civitate Castelli, virginis, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

24 octobris, Prot. N. 528/24, BAUZANENSIS - BRIXINENSIS: textum translationis in linguam *germanicam* orationis collectæ in honorem beati Ioannis Nepomuceni de Tschiderer, episcopi, necnon textum lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *germanicam* et *italicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

24 octobris, Prot. N. 553/24, ORDINARIATUS MILITARIS HISPANIÆ: Sanctus Martinus Turonensis, episcopus, Patronus apud Deum sodalium cœtus v.d. *Cáritas Castrense* confirmatur.

28 octobris, Prot. N. 139/24, CARTHADENSIS IN COLUMBIA: ecclesia parœcialis in urbe Carthadensi, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis v.d. *de la Pobreza* dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

28 octobris, Prot. N. 537/24, HISPALENSIS: textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Iosephi Torres Padilla, presbyteri, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *hispanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

28 octobris, Prot. N. 559/24, INSTITUTI SORORUM SOCIETATIS A CRUCE: textum Missæ et Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Iosephi Torres Padilla, presbyteri et cofundatoris, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *hispanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

28 octobris, Prot. N. 560/24, SOCIETATIS IESU: Sancti Ioannes de Brébeuf et Isaac Jogues, presbyteri, et socii, martyres, Patroni apud Deum Provinciæ Canadensis Societatis Iesu confirmantur.

1 novembris, Prot. N. 464/24, SCODRENSIS – PULANTENSIS: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *albanensem*, necnon textum lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum atque eius translationem in linguam *albanensem* in honorem futuri beati Aloisii Palić, presbyteri et martyris, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

1 novembris, Prot. N. 465/24, SCODRENSIS – PULANTENSIS: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *albanensem*, necnon textum lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum atque eius translationem in linguam *albanensem* in honorem futuri beati Ioannis Gazulli, presbyteri et martyris, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

1 novembris, Prot. N. 568/24, CORDUBENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quod in ecclesia parœciali Deo in honorem Sancti Michaelis Archangeli dicata pie colitur, in oppido v.d. *Palenciana*, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

1 novembris, Prot. N. 569/24, CORDUBENSIS: Beata Maria Virgo a Rosario Patrona apud Deum pagi v.d. *Peñarroya-Pueblonuevo* confirmatur.

1 novembris, Prot. N. 570/24, COMPLUTENSIS: Beata Maria Virgo v.d. *de la Soledad* Patrona apud Deum pagi v.d. *Villar del Olmo* confirmatur.

1 novembris, Prot. N. 571/24, PLÆ SOCIETATIS S. FRANCISCI XAVERII PRO EXTERIS MISSIONIBUS: perlibenter concedimus ut celebratio beatorum Ioannis Didonè, presbyteri, et sociorum, martyrum, in Calendarium proprium eiusdem Instituti inseri valeat, die 28 mensis novembris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

1 novembris, Prot. N. 573/24, GERUNDENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Olot*, Deo in honorem sancti Stephani dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

4 novembris, Prot. N. 581/24, SOCIETATIS IESU – PROVINCIAE HIBERNIÆ: Beata Maria Virgo a Strata Patrona apud Deum Provinciæ Hiberniæ Societatis Iesu confirmatur.

8 novembris, Prot. N. 402/23, MEXICI: textum translationis in linguam v.d. *tseltal* partium aliquarum Missalis Romani perlibenter confirmamus. Item, aptationes in textum *hispanicum* partis Missalis Romani cui titulus est *Ordo Missæ* inductas pro communitatibus v.d. *tsotsil*, *chol*, *tojolabal* et *zoque*, atque earum translationem in linguam v.d. *tseltal*, perlibenter recognitas declaramus.

8 novembris, Prot. N. 411/24, PEMBROKENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Angelorum dicata, in oppido v.d. *Brudenell*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

9 novembris, Prot. N. 234/24, EBORENSIS: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

11 novembris, Prot. N. 264/24, INSTITUTI SORORUM SOCIETATIS A CRUCE: perlibenter concedimus ut celebratio beati Iosephi Torres Padilla, presbyteri et cofundatoris, in Calendarium proprium eiusdem Instituti inseri valeat, die 23 mensis aprilis gradu *festi* quotannis peragenda. Insuper concedimus ut *memoriæ ad libitum* sancti Georgii, martyris, et sancti Adalberti, episcopi et martyris, iam inscriptæ in Calendario Romano Generali, a die 23 ad diem 22 mensis aprilis in eodem Calendario proprio transferri valeant.

11 novembris, Prot. N. 538/24, HISPALENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Iosephi Torres Padilla, presbyteri, in Calendarium proprium eiusdem Archidiocesis inseri valeat, die 23 mensis aprilis gradu *memoriae ad libitum* quotannis peragenda.

15 novembris, Prot. N. 372/24, RICHMONDIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Consolatoris dicata, in oppido v.d. *Charlottesville*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem omnium Sanctorum dicata, in oppido v.d. *Floyd*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

15 novembris, Prot. N. 580/24, FRIBURGENSIS: textum orationis collectæ et Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Maximiliani Iosephi Metzger, presbyteri et martyris, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *germanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

15 novembris, Prot. N. 593/24, INSTITUTI SORORUM SOCIETATIS A CRUCE: textum translationis in linguam *italicam* Missæ in honorem beati Iosephi Torres Padilla, presbyteri et cofundatoris, prout in adiecto exstat exemplari, perlibenter confirmamus.

18 novembris, Prot. N. 251/24, FRIBURGENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Maximiliani Iosephi Metzger, presbyteri et martyris, in Calendarium proprium eiusdem Archidiocesis inseri valeat, die 17 mensis aprilis gradu *memoriae ad libitum* quotannis peragenda.

21 novembris, Prot. N. 309/23, THAILANDIÆ: textum translationis in linguam *thailandicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Celebrandi Matrimonium*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

21 novembris, Prot. N. 513/24, RATISBONENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Dachelhofen*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Michaelis dicata, in oppido v.d. *Donaustauf*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Georgii dicata, in oppido v.d. *Gerzen*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

21 novembris, Prot. N. 549/24, CONGREGATIONIS SORORUM SERVULARUM BEATÆ VIRGINIS MARIE IMMACULATÆ: textum translationis in linguam *polonicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

21 novembris, Prot. N. 587/24, CONGREGATIONIS FILIARUM A MISERICORDIA TERTII ORDINIS REGULARIS SANCTI FRANCISCI: textum translationis in linguam *italicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

22 novembris, Prot. N. 308/23, THAILANDIÆ: textum translationis in linguam *thailandicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Baptismi parvulorum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

22 novembris, Prot. N. 692/23, THAILANDIÆ: textum translationis in linguam *thailandicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Penitentiae*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

26 novembris, Prot. N. 632/24, IAPONIÆ: textum translationis in linguam *iaponicam* trium formulariorum Missæ, quæ perdurante anno iubilari, a die 24 mensis decembris 2024 ad diem 6 mensis ianuarii 2026, adhiberi possunt, perlibenter confirmamus.

30 novembris, Prot. N. 334/23, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo unctionis infirmorum eorumque pastoralis curæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

30 novembris, Prot. N. 342/23, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo unctionis infirmorum eorumque pastoralis curæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

30 novembris, Prot. N. 403/24, SCODRENSIS – PULANTENSIS: perlibenter concedimus ut ecclesia parœcialis noviter ædificata, in urbe Scodrensi, Deo dedicari valeat in honorem beati Ioannis Gazulli, presbyteri et martyris.

2 decembris, Prot. N. 621/24, VARSAVIENSIS: Beatus Stephanus Wyszyński, episcopus, Patronus apud Deum Universitatis Cardinalis Stephani Wyszyński Varsoviæ confirmatur.

3 decembris, Prot. N. 691/24, THAILANDIÆ: textum translationis in linguam *thailandicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo unctionis infirmorum eorumque pastoralis curæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

4 decembris, Prot. N. 600/24, COREÆ: textum translationis in linguam *coreanam* trium formulariorum Missæ, quæ perdurante anno iubilari, a die 24 mensis decembris 2024 ad diem 6 mensis ianuarii 2026, adhiberi possunt, perlibenter confirmamus.

6 decembris, Prot. N. 706/23, CANADIÆ: textum translationis in linguam *anglicam* variationum et additionum in Missale Romanum iam ab anno 2014 inductarum perlibenter confirmamus.

13 decembris, Prot. N. 257/24, FLORENTINÆ: textum Proprii Missarum eiusdem Archidiœcesis lingua *italica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

13 decembris, Prot. N. 259/24, LITORIS PALMENSIS: ecclesia parœcialis in oppido Litore Palmensi, Deo in honorem sancti Eduardi dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

13 decembris, Prot. N. 444/24, CONGREGATIONIS SORORUM A SANCTA CATHARINA V.M.: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *polonicam* in honorem futurarum beatarum Mariæ Christophoræ Klomfass et sociarum, virginum et martyrum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

13 decembris, Prot. N. 504/24, CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM PRETIOSISSIMI SANGUINIS: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam*, necnon textum *italicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Ioannis Merlini, presbyteri, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

13 decembris, Prot. N. 578/24, CONGREGATIONIS SORORUM MISSIONARIARUM A SANCTO CAROLO BORROMEO: Sanctus Carolus Borromeo, episcopus, Patronus apud Deum eiusdem Congregationis confirmatur.

19 decembris, Prot. N. 695/24, SANCTI NICOLAI DE LOS ARROYOS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Ciudad de San Pedro*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis a Perpetuo Succursu dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris de mandato ipsius Summi Pontificis perlibenter exornatur.

20 decembris, Prot. N. 32/23, CONGREGATIONIS SORORUM CANONISSARUM SPIRITUS SANCTI DE SAXIA: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *polonicam* in honorem beati Guidonis de Montpellier, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

24 decembris, Prot. N. 703/24: *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta in Calendario Romano Generali inscribitur.